

**www.e-rara.ch**

**Nuova guida de' forastieri curiosi di vedere, e di riconoscere le cose più memorabili di Pozzuoli, Baia, Cuma, Misena, Gaeta, e dell'isole adiacenti d'Ischia, Procida ...**

**Sarnelli, Pompeo**

**In Napoli, MDCCLXXXII [1782]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 6037

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-23391>

Secunda inscriptio posita in platea D. Petri de Toledo in suburbio Puteolorum.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SECUNDA INSCRIPTIO

Posita in Platea D. Petri de Toledo in  
Suburbio Puteolorum.

**C**AROLO II. Austriaco Regnante,  
Providentia Petri Antonii Arago-  
nensis Proregis Neapoli, egenis hospitio,  
nausfragis portu, hic infirmis, restitutis  
thermis, subvenit; sic una pietas triplici  
flagello triumphat. Salubritatem sitientes,  
has aquas, trans. Puteolos manantes, ac-  
curvite, quarum virtutes in substrato la-  
pide contracte, in volumine Thermologie  
Aragonie a Sebastiano Bartolo elucubra-  
to, & Neap. impresso Anno Domini  
MDCLXIX. plenius leguntur.

Primum Balneum est Cantarelli ad tres  
columnas positum, cujus aqua ulcera, &  
fistulas curat, catarrhos siccant, fluxus san-  
guinis sistit, prodest arthritidi, ferrum  
infixum, & ossa fracta educit, fungitur-  
que in omnibus, Chirurghi munere.

2. Balneum est Fontane ad latus Can-  
tarelli, causat somnum, ventrem lenit,  
lac multiplicat, infantes soporosos facit,  
nauseam stomachi removet, indurata mol-  
lificat, venes purgat, educit arenulas, ape-  
rit vesicam.

3. Balneum est Ciceronis, seu Prati,  
restitutum in radicibus Montis novi pro-  
pe litus, sub via; ejus aqua lipposis

ocul.

oculis confert, eorum ulcera abstergit, ab humoribus corpus alleviat, & toti corpori subvenit.

Sequentia Balnea usque ad Subcellarium sub Monte novo sepulta remansere; notantur tamen eorum vena, quibus ejusdem efficacie Balnea, quae extant in Tritulino, & Bajis substitui tute possunt.

4. Est Balneum Tripergula, quod in litore 80. passus ultra illud Prati fluit: hujus aqua aufert mentis defectum, cor exhilarat, alleviat corpus, stomachi varios dolores arcet, pedum gravitatem removet, membrorum onera discutit.

5. Est Balneum Arcus, quod 50. passus ultra illud Tripergula in eodem litore manat: ejus aqua consumpta corpora restaurat, stomachum confortat, visceribus confert exiccatis, non autem tumidis.

6. Balneum est Balneum Raynerii, quod 30. passus ultra illud Arcus adhuc in litore fluit, scabiem, impetiginem, & serpiginem sanat, & putridum corpus mundat, cutim restaurat.

7. Est Balneum S. Nicolai, quod 40. passus post illud Raynerii in eodem litore scaturit: hoc debiles fovet, & vires reparat.

8. Est Balneum Scrophæ, quod ubi desinit Mons novus, & incipit Lucrini plaga, in litore manat: prestat eosdem, ac Raynerii effectus.

9. Est Balneum S. Lucie, quod inter Lucrinum, & novi Montis radices ex-

ca.

D  
cavando  
tis, &  
fusiones  
ditum

10.

passus  
ad Ar  
aqua  
rheuma  
vat, s

11.

in va  
dum  
a pod  
vosqu  
expell  
driaci

12.

te sin  
prope  
cori,  
febres  
vitia

13.

parte  
tis d  
omne  
audi

14.

seu  
te:  
mea  
ab a  
cordi

Di Pozzuoli, ed altri luoghi. 145  
cavando invenies: ejus aqua dolorem capi-  
tis, & juncturarum aufert, oculorum suf-  
fusiones recentes, & nebulas destruit, au-  
ditum prestat, & sonitum removet.

10. Est Balneum S. Mariae, quod 50.  
passus ultra Lucrinum in via, quae ducit  
ad Avernum, excavando scaturit, ejus  
aqua hepar juvat, a nimia frigiditate, ac  
rheumate absolvit, oculos ab ophthalmia ser-  
vat, stomachum roborat, somnum inducit.

11. Est Balneum S. Crucis, cujus aqua  
in valle profunda, quae a dextera remanet,  
dum in Avernum descenditur, scaturit:  
a podagra mirifice liberat, juncturas, ner-  
vosque sanat, phlegma in eis imbibitum  
expellit, tumorem jecoris solvit, hypochon-  
driacis prodest.

12. Est Balneum Subcellarium in par-  
te sinistra antiqui, & ingentis aedificii,  
prope Lacum Averni fluens: pulmone, je-  
cori, spleni, & stomacho medetur, pigras  
febres tollit, urinas retentas solvit, cutis  
vitia omnia curat, capillos prolixos facit.

13. Est Balneum Ferri, ab altera  
parte dicti antiqui aedificii manans: capi-  
tis dolores curat, ab oculis sanguinem,  
omnemque labem abstergit, auribus prestat  
auditum, sonitumque aufert.

14. Est Balneum Cryptae Palumbariae,  
seu Sibilla, in altera Lacus Averni par-  
te: ejus aqua caput, & renes sanat, urinae  
meatus aperit, nebulas ab oculis, & ventos  
ab auribus fugat, passiones stomachi, &  
cordis expellit.

G 15. Est

15. Est Balneum Silviana, quod ab Averno versus sudatorium Trituli venientibus primum occurrit: uteros ab humore expurgat, ab infirmitatibus sanat, menstrua vel deficientia, vel superflua ad legem reducit, steriles fecundat.

16. Est Balneum Trituli 50. passus post illud Silviana, & immediate ante ascensum ad Sudatorium: hoc rheumata fugat, caput, & stomachum confortat, podagram curat, hydropicos liberat, prohibet febres, & omnium Balneorum vices supplere potest.

17. Est Balneum S. Gregorii, primum sub ascensu ad Sudatorium positum: ejus aqua lapides frangit, & ejicit, urinam provocat; frontem, brachia, manus, coxendicem, & pedes a doloribus tuetur, & podagra succurrit.

18. Est Balneum Pugilli, secundum sub ascensu ad Sudatorium positum: ani pondus tollit, attenuat hydropicos, caput, & splenem a doloribus liberat, a febris cum frigoribus sanat, debiles confortat, & consumpta membra restaurat.

19. Est Sudatorium Trituli in Monte excavatum, quod humores evacuat, caput, & stomachum liberat, a rheumate curat, phlegma excutit, corpus alleviat, hydropicis, & podagricis confert.

20. Est Balneum Petrolei, in quod, dum exis in viam novam per Sudatorium adaperiam, descenditur: ibi Sudatorium, & Balneum reperies, quod omnes cutis ma-

di Pozzuoli, ed altri luoghi. 147  
culas curat, cor exhilarat, grossa membra  
subtiliat, artus mirabiliter roborat.

---

TERTIA INSCRIPTIO,

Quæ legitur supra Sudatoria  
Trituli.

Semita

In subjecti pelagi lubricitate,  
Furto ab Hercule aggerata,  
Lucro a Casare dictatore reparata,  
Ostentationi ab Agrippa restituta,  
Æstibus ejusdem Pelagi disjecta.

Hanc

CAROLO II. REGE

In hujus montis firmitudine,  
Hominum salubritati Restitutis Thermis,  
Petrus Antonius Aragonius  
Substituit,

Quæ

Prudentiori excogitata Hercule,  
Meliori destinata usui,  
Nec Casares expectabit, nec Agrippas.  
Per Aragoniam viam  
Iter perge viator ad Bajas, eæ enim non  
luxui thermas,  
Sed saluti paratas exhibent, marmor quas  
suppositum docet.

P. P. A. MDCLXIX.

Primum est Balneum Solis, & Luna ab